



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. I. De Scholarum publicarum institutione, & methodo universè.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

marios, vel lingua, vel calamo, aut quamcumque alia ratione offendant: & Superiorum erit in hujusmodi noxas inquirere, & animadvertere, exhibita quamprimum satisfactione debita. Et Consultores hac de re Superiorum mediatos monebunt. <sup>r</sup> Speciatim verò graviter commendatum, ac distictè præceptum est, ut de Prædicatorum Ordine magnificè Nostri sentiant, & loquantur; & cum ejus Religiosis mutuae hospitalitatis, aliisque caritatis officiis certare studeant. <sup>s</sup>

<sup>r</sup> P. 3. c. 1. §. 9.  
 & P. 4. c. 16.  
 D. & P. 6. c. 3.  
 §. 8. & P. 7. c.  
<sup>t</sup> H. & P. 10. §.  
 11. & B. & C.  
 12. D. 17.  
<sup>t</sup> C. 8. D. 12.  
 & C. 11. D. 19.

## C A P U T IV.

De Scholis publicis instituendis,  
moderandisque.

## S E C T I O I.

De Scholarum publicarum Institutione,  
& methodo universè.

<sup>t</sup> Nter Societatis Ministeria unum est ex primariis, omnes Disciplinas, Instituto nostro congruentes, ita Proximis tradere; ut inde ad Conditoris nostri cognitionem, atque amorem excitentur. <sup>a</sup> Quare opportunè hic exponuntur, quæ de

Schola admittuntur ob Externorum utilitatem.

<sup>a</sup> St. R. Prov. 1.

Scholis publicis constituta sunt, cùm de privatis actum jam sit Par. 3. ubi Scholasticorum nostrorum Institutio traditur. Habita igitur ratione, non solum profectus in literis Scholasticorum nostrorum; sed etiam profectus in literis, & moribus Exteriorum, Scholæ aperiantur, saltem in Disciplinis humanioribus; in gravioribus autem, pro Locorum, in quibus Collegia fuerint, ratione.<sup>b</sup>

*b P. 4 C. 7. §. 1.*

*Etiam Universi-  
tates.*

2. Eadem Caritatis ratio extendi poterit ad Universitatum curam suscipiendam; ut in eis hic fructus latius pateat, tam in scientiis, quæ traduntur, quam in hominibus, qui ad eas convenient, & Gradibus, ad quos promoventur. *c* Eritque Provincialis, omni studio, per se curate, & Rectori etiam valde commendare; ut tam multiplice Scholarum nostrarum labori fructus, quem gratia nostræ Vocationis exigit, abunde respondeat.<sup>d</sup>

*c P. 4 C. 11. §. 1.*

*¶ St. R. Prov.  
I. 2.*

*Ad unam Ra-  
tionem studio-  
rum omnes se  
componant.*

*e P. 4 C. 7. §. 2.  
& C. & C. 13.  
A.*

3. Ad hunc finem melius consequendum, norma petenda est à Ratione studiorum, quam ex Regulis Collegii Romani confici, approbarique à Præposito Generali eadem Constitutiones monuerunt: Adduntque singula attemperanda circumstantiis locorum, temporum, ac Personarum; nitendo tamen, ut omnes ad unum,  
qui

qui communis sit , Ordinem studiorum se- f P. 4. c. 6. E &  
se componant. f At Provincialis partes K. & c. 7. §. 2.  
sunt , excubare , ut omnes Regulæ , quæ & c. 13. §. 1. 2.  
ad Rationem Studiorum pertinent , obser- 3. & A. & C.  
ventur. Quod si alicubi mutandum aliquid & §. 5. & c. 15.  
censeret , referat ad Generalem. g Confe- C. D. & c. 17.  
ctus igitur is Ordo , magno , ac diuturno § 8. & M.  
labore , à sex Patribus deputatis , non se- g St. R. Prov.  
mel in Provinciis examinatus , atque ex- 38. 39.  
perientia probatus , auctus etiam Decretis  
plurium Congregationum , h à multis jam  
annis dirigit Societatis Scholas.

h Præf. ad Rat.  
St. & Hist. Soc.  
p. 5. l. 4. In. &  
C. 6. D. 41.

## S E C T I O N . II .

## De Clasibus inferioribus.

i, Q uamquam alios instituere in le- Literæ huma-  
gendo , & scribendo opus Carita- niiores potissi-  
tis esset ; tamen , propter Personarum mūm tradenda.  
Societatis penuriam hoc ordinariè docere non  
consuevimus ; & universè illud curandum i P. 4. c. 12. C.  
est , ut quando Scholæ pauciores sunt ; al- & St. 1. R.  
tiores semper , quoad ejus fieri potest , re- PROV. 21. §. 1.  
tineantur , sublatis infimis. i Nostra autem & 4.  
mens esset , ut in Collegiis communiter i P. 4. c. 5. §. 1.  
Literæ humaniores , ac linguarum prælege- & c. 7. B. & c.  
rentur , l cum hac ratione animarum auxi- 12. §. 2. & B.  
lium , præsertim adolescentium , summo- m In. 20. init.  
perè promoveri compertum sit. m & C. 7. D. 26.  
§. 1.